BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 7r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



tam & si nec dum plene illorũ ad perfectionẽ
sequi uestigia possint; Ingressusq; moses
mediũ nebulae ascendit in montem. & fuit
ibi xl dieb; & xl noctibus: Moyses mediũ
nebulae ingressus ascendit in montem. cum
praedicatores diuine legis inquib; ipse moyses
eximius erat. ad intuenda sublimiter incerta
& occulta sapientiae diuinae. inuitante ac ducen
te dño penetrent, Fuit autem cum dño moy
ses xl dieb; & noctibus. ut hoc numero tempo
ris disceret. quod illi solummodo decalogũ le
gis quem cũ suo populo acceperat possent im
plere. quos euangelicae gratia ueritatis quae
quattuor libris erat describenda iuuaret.
Quater enim deni. xl faciunt. uel ceste qd
uenturum esset tempus. quando eadem prae
cepta decalogi. quae tunc cum uno filiorũ isra
hel populo accepit. in notitiã cunctarũ gentium
quae quattuor orbis pastib; continentur diuina
gratia largiente panderentur; omnesq; ꝑ horũ
nationes obseruantiã ad salutẽ peruenirent
aeternam; Uerũ quia breuiter quam mirifico
ascensu moyses ad accipiendã legem peruenerit
didicimus. Iam nunc aures simul & animos